

**USR LOMBARDIA- CUSL (Consulta Universitaria di Studi Latini)**  
**Certificazione delle Competenze della Lingua Latina 2024- Livello A**

**VALUTAZIONE**

A1: 75% del punteggio totale della prima parte (24/32 dei primi cinque esercizi, quelli relativi al primo brano); viene attribuito l'A1 anche se lo studente svolge entrambe le parti e consegue almeno 24/44.  
A2: 75% del punteggio totale (33/44), di cui almeno 8 nella seconda parte (ess. 6-7, quelli relativi al secondo brano).

*Pars prior: De bello inter Graecos et Troianos*

*Summarium*

Narratur de bello inter Graecos et Troianos; magnae caedes fiunt, multi viri feriuntur et occiduntur. Quia Agamemnon multos ex suis mortuos vidit, sperat auxilia ex Mysia. Post triginta dies proelii, Agamemnon legatos ad Troianos mittit ut indutias<sup>1</sup> petant.


<sup>1</sup> Indutiae, -arum, f. = Cum statuitur exercitus proelium non committere.

1	Cum dies factus est, Hector, Aeneas, Alexander <sup>2</sup> exercitum educunt. Omnes duces Achivorum
2	quoque procedunt. Fit magna caedes. <u>Multa milia Graecorum et Troianorum pereunt</u> . Menelaus
3	Alexandrum sequi coepit: <u>quem respiciens</u> Alexander sagittā Menelaum ferit. Ille, <u>dolore</u>
4	<u>commotus</u> , pariter cum Aiace Locro non cessat <b>eum</b> sequi. <b>Quos</b> ut Hector vidi fortiter fratrem
5	suum sequi, <b>cum</b> Aenea vēnit ut ei auxilium ferat. <b>Quem</b> Aeneas clipeo <sup>3</sup> tegit et de proelio ad
6	civitatem secum adducit. Nox proelium finit. Achilles postero die cum Diomede exercitum educit;
7	fit altera magna caedes. Hector Orcomeneum, Ialmenum, Epistrophum duces occīdit. Aeneas
8	Amphimachum et Nireum; Achilles Euphemum, Hippothoum, Pyleum, Asterium; Diomedes
9	Xanthippum, Mesthlem. Agamemnon, <b>ut</b> vidi duces fortissimos cecidisse, pugnam revocat.
10	Troiani laeti in castra revertuntur. <u>Agamemnon sollicitus duces in consilium vocat et hortatur</u> ut
11	fortiter pugnent, <b>quod</b> maior pars ex suis superata est; dicit <b>se</b> sperare exercitum ex Mysia
12	venturum esse.
13	Postero die Agamemnon totum exercitum et omnes duces in pugnam ire cogit contra Troianos,
14	nec differtur pugna, ita <b>ut</b> continuis triginta diebus fortiter pugnetur. Agamemnon, ut vidi multa
15	milia occīdi, mittit legatos Ulixem et Diomedem ad Priamum, ut indutias <sup>1</sup> in triennium <sup>4</sup> petant.

<sup>1</sup> Indutiae, -arum, f. = Cum statuitur exercitus proelium non committere.

<sup>2</sup> Alexander = Paris etiam appellatur

<sup>3</sup>



clipeus, -i, m.

<sup>4</sup> Triennium, -i, n. = tres anni.

1. Si propone una parafrasi del brano: completala barrando la casella del sostantivo prescelto in corrispondenza del numero. (6 punti) NB: ricordati di scorrere con il cursore per vedere tutte le 12 opzioni.

Cum dies incepit, Troiani et Graeci imperatores copias in aciem educunt; magna pugna et magna clades  
1, ex duobus exercitibus multi viri moriuntur. Paris, qui a Menelao 2, hostem vidit et  
eum ferit. Menelaus autem, dolens, Alexandrum sequi non desinit, ergo Hector fratrem suum adiuvare  
vult et Aeneas eum Troiam 3 fert. Postero die Graeci et Troiani rursus proelium committunt, sed,  
cum Agamemnon intellegat multos et 4 suorum interfectos esse, iubet milites in castra reduci.  
Deinde cum ducibus in consilium it et monet ut ii fortiter bellum gerant; 5 sperat quoque milites  
ex Mysia iis auxilium latueros esse.

Postero die Agamemnon imperat ut omnes duces contra Trojanos moveant; exercitus non desinunt  
pugnare multos dies; quia multi milites occisi sunt, Agamemnon mittit Ulixem et Diomedem cum Trojanis  
de induitiis 6.

	habet	rex	monetur	se	alii	acturos	optimos	habentur	secum	agi	petitur	regnum
1												
2												
3												
4												
5												
6												

2. Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e BARRA LA RISPOSTA ESATTA (**VERO/FALSO**), in base a quanto hai letto nel testo. (6 punti)

1.Orto sole, Graeci et Troiani proelium committunt	V	F
2.Primum pauci duces Graeci proelium committunt	V	F
3.Alexander hortatur Hectorem ut Menelaum feriat	V	F
4.Duo Troiani Alexandrum adiuvant, ergo is a Menelao non interficitur	V	F
5.Exercitus ex Mysia potest in auxilium Trojanis venire	V	F
6.Agamemnon iubet duos Graecorum duces ad Trojanos ire	V	F

3. Barra la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano. (8 punti)

- Quam multi milites in primo proelio cadunt?
  - Plus quam mille inter Trojanos tantum

- b. Pauci milites inter Troianos et Graecos
  - c. Plurimi ex Graecis et Troianis
  - d. Plus quam centum inter Graecos tantum
2. Quem ferit Menelaus?
- a. Alexandrum
  - b. Neminem
  - c. Aiacem
  - d. Hectorem
3. Quomodo Aeneas Alexandrum servat?
- a. Aeneas Menelaum ferit
  - b. Aeneas cum Aiace Locro Menelaum insequitur
  - c. Aeneas Alexandrum e manibus hostium eripit
  - d. Aeneas Alexandrum Troiam reducit
4. Die post primam caedem qui cadunt?
- a. Orcomeneus et Diomedes
  - b. Hector et Aeneas
  - c. Epistrophus et Pyleus
  - d. Xanthippus et Menelaus
5. Cur Agamemnon iubet duces in castra exercitum reducere?
- a. Quia nox incipit
  - b. Quia Graeci victuri sunt
  - c. Quia legati ad Priamum missi sunt
  - d. Quia optimi duces mortui sunt
6. Cur Agamemnon loquitur in consilio cum ceteris imperatoribus?
- a. Quia Troiani fere victi sunt
  - b. Quia eos monere vult ut fortes sint
  - c. Quia ii laeti in castra reversi sunt
  - d. Quia eos Troiam mittere vult
7. Quid sperat Agamemnon?
- a. Agamemnon sperat suos Mysiae exercitui auxilium latueros esse
  - b. Agamemnon sperat Troianos Mysiae copias superatueros esse
  - c. Agamemnon sperat Mysiae copias in Graecorum auxilium venturas esse
  - d. Agamemnon sperat Graecos Mysiae exercitum victuros esse
8. Cur Ulixes et Diomedes ad hostes eunt?
- a. Quia Agamemnon vult eos Priamum occidere
  - b. Quia Agamemnon vult exercitus pugnare desinere
  - c. Quia Agememnon vult bellum non desinere
  - d. Quia Agamemnon vult de pace agere
4. Barra la risposta corretta fra quelle proposte, in base al testo letto. (8 punti)
- A. R. 4. **Eum** è riferito a:
- a. Menelaus
  - b. Alexander
  - c. Ajax Locrus
  - d. Aeneas
- B. R. 4. **Quos** si riferisce a:
- a. Aeneas et Ajax Locrus

- b. Alexander et Menelaus
- c. Menelaus et Ajax Locrus
- d. Alexander et Aeneas

C. R. 5. **Cum** è:

- a. Congiunzione coordinante
- b. Preposizione
- c. Congiunzione subordinante che introduce una temporale
- d. Congiunzione subordinante che introduce una narrativa

D. R. 5. **Quem** è:

- a. Nesso relativo
- b. Pronome relativo
- c. Pronome indefinito
- d. Pronome interrogativo

E. R. 9. **Ut** introduce una subordinata:

- a. Temporale
- b. Finale
- c. Consecutiva
- d. Completiva

F. R. 11. **Quod** è:

- a. Pronome relativo
- b. Congiunzione causale
- c. Pronome indefinito
- d. Aggettivo interrogativo

G. R. 11. **Se** è:

- a. Accusativo singolare
- b. Accusativo plurale
- c. Ablativo singolare
- d. Ablativo plurale

H. R. 14. **Ut** introduce una subordinata:

- a. Temporale
- b. Finale
- c. Consecutiva
- d. Completiva

5. Trasforma le seguenti proposizioni IN MAIUSCOLO secondo quanto suggerito (4 punti)

A. R. 2: MULTA MILIA GRAECORUM ET TROIANORUM PEREUNT.

Auctor dicit multa milia Graecorum et Troianorum \_\_\_\_\_.

B. R. 3: QUEM RESPICIENS Alexander sagittā Menelaum ferit.

Et quia eum \_\_\_\_\_ Alexander sagittā Menelaum ferit.

C. R. 3-4: Ille, DOLORE COMMOTUS, pariter cum Aiace Locro non cessat eum sequi.

Ille, cum dolore \_\_\_\_\_, pariter cum Aiace Locro non cessat eum sequi.  
(si usi il **cum + cong.**).

D. R. 10: AGAMEMNON SOLlicitus DUCES IN CONSILium VOCAT.

Ab Agamemnōne sollicito duces in consilium \_\_\_\_\_.

*Pars altera: De bello rursus incepto*

*Summarium*

*Graeci indutias consecuti sunt et Troiani de sauciis<sup>1</sup> et mortuis suis curam adhibere potuerunt. Post tres annos bellum rursus incepit; Andromacha nolebat Hectorem pugnare sed ille eam non audivit et in aciem processit.*

1	Ulixes et Diomedes noctu ad Priandum ierunt legati. Occurrit illis ex Trojanis Dolon. Qui cum
2	interrogaret, <u>qua ratione</u> , ita armati, <u>nocte ad oppidum venissent</u> , dixerunt <u>se ab Agamemnone</u>
3	<u>legatos ad Priandum missos esse</u> . Ut Priamus audivit eos venisse et desiderium eorum cognovit,
4	in consilium omnes duces vocavit, quibus rettulit legatos venisse ab Agamemnone, ut indutias <sup>2</sup>
5	ad triennium <sup>3</sup> peterent. Hectori visum est suspectum tam longum tempus postulatum esse.
6	Priamus imperavit <u>ut unusquisque diceret</u> quid ei visum esset: omnibus placitum est indutias <sup>2</sup> in
7	triennium <sup>3</sup> dari. <u>Interim Troiani moenia rursus fecerunt</u> , saucios <sup>1</sup> curaverunt, mortuos
8	honoraverunt [...].
9	At, ubi tempus pugnae venit, Andromachā, uxor Hectoris, in somnis vidit <u>Hectorem non debere</u>
10	<u>in pugnam procedere</u> : et cum ad eum referret quid in somno vidisset, Hector muliebria <sup>4</sup> verba
11	audire non voluit. Andromacha maesta petiit a Priamo, ut prohiberet <u>ne Hector eo die pugnaret</u> .
12	Priamus Alexandrum, Helenum, Troilum et Aeneam in pugnam misit. Hector, ut ista audivit,
13	arma poposcit ut aciem iniret nec retineri ullo modo potuit.

<sup>1</sup> Saucius, a, um = qui vulnera accepit

<sup>2</sup> Indutiae, -arum, f. = cum statuitur exercitus proelium non committere.

<sup>3</sup> Triennium, -i, n. = tres anni.

<sup>4</sup> Muliebria verba = verba quae feminae dicunt.

6. Inserisci le parole mancanti, flettendole in modo adeguato nella parafrasi del brano letto (6 punti)

Cum Ulixes et Diomedes Troiam proficiscerentur, Doloni occurrerunt qui ex iis quae sivit cur ad urbem ivissent. Duces petierunt ab eo ut cum Priamo 1, quia Agamemnonis legati erant. Priamus eorum desideria audivit, deinde ea ducibus suis, in consilium 2, rettulit. Priamus dixit Graecos tres annos sine proeliis petivisse. Hector putabat tres annos longius tempus esse, sed Priamus iussit omnes, qui in consilio erant, sententiam suam dicere. Omnes statuerunt indutias concedere et interim ipsi urbem suam et cives suos curaverunt. Cum rursus pugnatum esset, ab Andromachā, 3 Hector uxorem duxerat, visum est in somnis Hectorem proelium committere non debere. Vir eius autem verba Andromachae 4 non putavit et, postquam Priamus eum in pugnam non 5, arma sumpsit et nemo 6 retinere potuit.

Voco, -as, -avi, -atum, -are	Loquor, -eris, locutus sum, loqui
Gravis, grave	Mitto, -is, misi, missum, -äre
Is, ea, id	Qui, quae, quod

7. Trasforma le seguenti proposizioni, IN MAIUSCOLO, secondo quanto suggerito (6 punti)

- A. R. 2: Qui cum interrogaret, QUA RATIONE [...] NOCTE AD OPPIDUM VENISSENT.

Qui cum interrogaret: "Qua ratione [...] nocte ad oppidum \_\_\_\_\_?".

- B. R. 2-3: Dixerunt SE AB AGAMEMNONE LEGATOS AD PRIAMUM MISSOS ESSE.

Dixerunt: "Nos ab Agamemnone legati ad Priamum \_\_\_\_\_".

- C. R. 6: Priamus imperavit UT UNUSQUISQUE DICERET quid ei visum esset.

Priamus iussit \_\_\_\_\_ dicere quid ei visum esset.

- D. R. 7: INTERIM TROIANI MOENIA RURSUS FECERUNT.

Auctor dicit interim Trojanos moenia rursus \_\_\_\_\_.

- E. R. 9-10: Andromacha, uxor Hectoris, in somnis vidit HECTOREM NON DEBERE IN PUGNAM PROCEDERE.

Andromacha, uxor Hectoris, in somnis vidit Hectori in pugnam non

\_\_\_\_\_. **[si usi la perifrastica corretta]**

- F. R. 11: Andromacha maesta petiit a Priamo, ut prohiberet NE HECTOR EO DIE PUGNARET.

Andromacha maesta petiit a Priamo, ut prohiberet Hectorem eo die \_\_\_\_\_.